


1880. I. 17.

VI. a. 184.


Teol. 6060.

Biblioteka Jagiellońska.



VI. ol. 184

Sancti 26<sup>6</sup>/<sub>4</sub> 80 6ft.



129

CIMELIA

(38ra

San

a

r

(

(Math. a Costen)

Costen Math

Mataun 2 Kossiana

Cohortatio

Sarmaticarum Ecclesiarum

ad antiquae et avitae

religionis observationem.

=

Crac. 1543.

(Cracoviae 1543)

v

Cim. O. 129.

Bibl. Jag.

R  
IN  
MI  
RA  
SN  
MA  
CR  
O

E  
tre,  
aci  
con  
spl  
illi  
tati  
ced  
ho  
M  
tia  
lita  
sen

cho  
qua

REVERENDISSIMO  
 IN CHRISTO PATRI ET DO-  
 MINO, DOMINO PETRO GAM-  
 RATHO, ARCHIPRESVLI GNE-  
 SNENSI, LEGATO NATO, PRI-  
 MATI POLONIE, ET EPISCOPO  
 CRACOVIANSI, MATHEVS A  
 COSTEN CRACOVIANSI  
 ECCLESIAE POENITEN-  
 TIARIVS, SALVTEM,  
 ET SVICOMMEN-  
 DATIONEM.


**E**Xhortatorium sermonē pauculis trās-  
 actis diebus, Inclyte Archipresul Pe-  
 tre, pro Sarmaticis Ecclesijs, simplici plane  
 ac incondito stilo, ex causis in eo expressis:  
 conscripsi. Quē sub amplissimi nominis tui  
 splendore, in lucem edendū decreui. Vt quod  
 illi ex paruitate personę meę deest authori-  
 tatis, ex tuę amplitudinis culmine, aliquid ac-  
 cedat estimationis. Est enim tale etiam nūc  
 hominum ingeniū, quale descripsit sapiens.  
 Metientium non ex veritate, necq; ex pruden-  
 tia sermonem, sed ex persone differētis qua-  
 litate. Loquutus est, inquit sapiens, pauper,  
 sensata, & non datus est ei locus. Loquutus

A ij est diues

*Estiaf*  
 ~ 13  
 Cohortatio Sarmaticarum ecclesiarum ad anti-  
 quae et vitae religionis observationem

est diues, & omnes tacuerunt, et verbum illius vsq; ad nubes pducēt. Ultra hæc adhuc, iure qdam peculiari hanc cohortationē à me conscriptam ad tuam amplitudinem pertinere existimo. Quum enim per eā apostolicis verbis Polonici Regni fideles, inter quos primas tenes, ad patrū & maiorum semel receptam & professam pietatē, pro meo modulo inuitentur, Duarumq; præcipuarum in his oris, Ecclesiarum, Sacri Præsules, & Doctores fidei Catholicę, populo dei ad imitandū proponantur. In quorum tu Cathedras, & Ecclesias gubernādas successisti. Iure igitur optimo hæc cohortatio dedicanda à me tibi, & à te suscipienda venit. Vt interim sileam beneficentię ac non vulgaris erga me gratię tuę studium. Vt qui hoc vnū semper cogitas. Quomodo me ornare & prouehere, nūquā satis meritum possis. Si modo ea mihi mens esset: vt quod tu de me concipis, ac tibi persuades, præstare possem. Bene & fœliciter valeat Reuerēdissima paternitas tua, ad Ecclesię dei incrementū & omnium studiosorum cōsolationem & ornamentū,

Cracouię Decimo Calendas  
Januarias, Anno Incarnati  
verbi. M. D. XLIII.





**A**D Antiquę religionis obser-  
 uantiam & retentionem, cur  
 Sarmaticas ecclesias, hoc est,  
 Polonici Regni fideles, & nō  
 potius vniuersalem, quę est, et  
 dicit̃ Catholica ecclesia, cohortari statuerim  
 Vbi primum suspiciosus occurrero, consiliij  
 mei rationē pandā, Veteris namq; & auitę  
 religionis nomine, nō ad abusus, aut supsti-  
 tiōes, aut deliramēta, inclyti Polonici Regni  
 fideles animare me sciant, nunq̃ em̃ abusus  
 aut exorbitatiōes ꝑbauī, aut patrocinari illis  
 statui. Sciāt ergo religionis nomine ad fidē  
 Catholicam & pietatem Christianam, eccle-  
 sias Sarmaticas me hortari, Ad eam inquā  
 fidem, cuius Christus autor & ꝑdicator,  
 prophete, ꝑdicatores, Appostoli nunciij fu-  
 erunt, Quam etiam quos suę ecclesię dedi- **Ep̃. 4.**  
 doctores, euangelistas, pastores, pari & vna-  
 nimi cōsensu docuerūt, & confessi sunt, mira-  
 culis ac signis editis, roborarūt. Quā nos ꝑ-  
 culiariter duo fidei nostrę antesignaui, mar-  
 tirij palma, illustres viri, Adalbertus & Sta-  
 nislauus, fuso sanguine docuerūt, & sicut ipsi  
 a prionibus acceperant, nobis vicissim ꝑ  
 manus tradiderunt, & quasi nostri apostoli  
 extiterunt, quando certum est, eos nobis ꝑ-

A iij ram &

ram & incontaminatam tradidisse doctrinam  
vt q puriori illi, & sinceriori ecclesie propin-  
quiores fuerint, a qua moderna schismata, no-  
biscum, pari elongata sunt interuallo, Vniuer-  
salem porro ecclesiam que toto terrarum or-  
be diffusa ingemiscit & parturit nobiscum,  
animandam non putauit, q̄ satis sciam per se  
validam & constantem esse, & velut Mar-  
pessiam caute firmitet subsistentem, quia  
fundata est supra firmam petram. Ceterum  
membris eius sepe animatiōe opus est, quia  
toto corpe pars plerūq̄ imbecilior est, Quod  
in Asiaticis eccl'is videre est, vt iterim Afri-  
canas & Europeas nostro seculo taceam.  
Quamuis autem charitatis preceptum lon-

Ps. 118. ge pateat, canēte Psalte. Latū mandatum tuū  
nimis, profert enim se ad hostes nostros etiā,

In hoc tamen tam vasto & extenso charita-  
tis nomine, gradus est reperire certos, quod  
sponsa in epythalamio etiam confitetur di-  
ces. Ordinauit in me charitatem, Et si igitur  
Can. 2. omnibus hominibus iuxta Apostolicum  
dogma, nihil aliud debeamus, nisi vt inuicē  
diligamus, vel in primis tamen debemus ijs.

Ro. 13. qui nobis aliqua necessitudine pre alijs con-  
iuncti sunt, vt sunt hij apud quos geniti edu-  
cati q̄ sumus, & quibus cū viuimus. Quia  
terribilis

terribilis est illa Apostoli cōminatio. Si quis  
 suorum & maxime domesticorū est negli-<sup>1. Ti. 5.</sup>  
 gēs, hic fidem negauit & infideli deterior est,  
 Idem etiā Galatis scribens & charitatis gra-<sup>Gal. 6.</sup>  
 dus obseruans ait. Operemur bonum quo  
 ad omnes, maxime autem ad domesticos fi-  
 dei, Eundem charitatis ordinem ac tenorem  
 obseruarunt prophete. Primum contribuli-<sup>Mai. 15.</sup>  
 bus suis & domesticis fidei, verbum predi-  
 cando, postea gentibus annūciando. Obser-<sup>Act. 13.</sup>  
 uauit et prophetarum caput Christus, dicēs.  
 Non sum missus nisi ad oues quę perierunt  
 de domo Israel. Obseruarūt & hui⁹ aposto-  
 li, dicētēs. Vobis oportuit prius anūciare re-  
 gnum dei, sed cum illud repellitis, en ad gen-  
 tes conuertimur. Charitatis igitur ordo & di-  
 lectionis ad Sarmaticas ecclesias debitū, ex-  
 torsit hoc à me officium cohortationis, ne in-  
 terim quispiam istam, aut alias parum legitti-  
 mas suspicet causas, vel quod pre alijs fides  
 libus ecclesię Sarmaticę cohortatione egeat,  
 aut quod absit, discessionē meditentur. Hoc  
 enim me suspicari prohibet. Animosa & vi-  
 rilis constantia, ecclesiarū ab exordio, In hoc  
 in dlyto Regno plantatarum, quę nutātibus  
 ac grauiter sub schismate finitimis ecclesijs,  
 vacillantibus, in religione semel suscepta per  
 A iij tuaces

tinaces & cōstantes, deo robur subministrā-  
te permanserunt. Nec à vero & recto vnq̄  
discesserunt, quin potius finitimos populos  
non paucos ad vere fidei agnitionem, & cō-  
fessionem pertraxerunt. Vel postremo tan-  
dem ne quis etiam eam suscepti officij pu-  
tet causam, q̄ mihi tantum virium eloquen-  
tię aut eruditionis inesse sentiam. Quantum  
satis esset ad persuadendum, monendum &  
inflammādum animos hominū, Hoc enim  
pacto, negotium viribus ingenij & eloquē-  
tię potero videri suscepisse impar, Charitatis  
in affectu nullomō impar, Quo igit̄ agnos-  
cant Sarmatici Regni fideles, affectionis et  
solicitudinis erga se curam, vtq̄ habeāt iter  
tot furentium dissectarum sectarū procellas,  
certū portum, ad quē tuti se recipere valeāt,  
& contra venenum, antidota salutaria in-  
ueniant, vt deniq̄ obligationē, qua me cō-  
muni patrię debere scio, parte ex aliqua dilu-  
am ac persoluam. Hoc quicquid est laboris,  
subire nō sum grauatus. Quamuis vero hęc  
cura, v̄l imprimis pontifices, & alios ecclesię  
pręsides, plus quam me sollicitare debeat, q̄a  
tamen vicaria opera mihi iniūcta est, in par-  
temq̄ sollicitudinis pastoralis ascitū me esse  
intelligo. Affectioni meę imponere frenum  
non po

nō potui, arbitror em̄ etiā ad me pertinere, propheticum illud. Cōfortate manus dissolutas *Esa. 35.*  
 & genua debilia roborate. Atq; hoc fere est  
 consilij mei institutum, Porro si hęc cohortatio,  
 & aliarum ecclesiarum fidelibus profuerit,  
 tantum abest vt inuideam potius aut deo  
 gratias agam, qui cōmune fieri voluit  
 & ad plurimorum pertinere vtilitatem, quod  
 ipse inspirare & suggerere inutili seruo, de  
 suę benignitatis fonte dignatus est. Nunc iā  
 operi & suscepto negotio manum admoues  
 re tempus est.

**I**N Diuinis scripturis qui vel mediocriter  
 exercitati sunt, facile obseruant vetustatē  
 pro alio & alio sensu ac intellectu, cōmendari  
 aliquando, nōnunq; etiam vituperari, Nā  
 vetus fermentum tanq; noxium expurgari  
 precipitur, exuere veterem hominem, & induere  
 nouum, mouemur. *Leui. 26*  
 Secundum autem legis Mosaice p̄ceptum succedentibus  
 nouis vetera abijciēda sunt & per os An̄e  
 prophetidis dominus loquens ait. Recedant  
 vetera de ore vestro. Hęc & alia, dum in  
 scripturis sanctis obuia sunt, diligētī  
 meditatione discernē veniūt, ad laudem  
 ne, an ad vituperium pertineant. *1. Reg. 2*  
 Necq; enim ad vetustatem literę, hoc est,  
 legis Mosaicę, quę iā suo

est sancta munere, nostros animamus Chri-  
stianos, sed ad eam vetustatem, que facta  
collatione ad prophanas hereticorum nouas-  
tiones, vetustatis nomē obtinet, Que in pri-  
mis consistit, in scripturę sacrę, quam Cano-  
nicam dicimus, recta, sana, & cōformi inter-  
pretatione, ei expositioni q̄ à sanctis patribus  
tradita est, & ab vniuersali ecclesia, sacrisq̄  
concilijs approbata, cū suis ritibus, Ceremo-  
nijs, & hijs quidē pijs, & sobrijs, cū obserua-  
tiōibus, cōsuetudinib⁹, traditiōibus, scripturę,  
pietati, ac fidei sacrę, bonisq̄ moribus minie  
repugnātibus, et ī hac ten⁹ passim apd̄ ecclesi-  
as catholicas frequētatis, et receptis, Quia exi-  
erūt quidā ex nobis q̄ si vere fuisset ex nobis  
pmāssissent utiq̄ nobiscū, q̄ doctrinis varijs  
& peregrinis seducti, cor gratia stabilire ne-  
glexerūt. Desertores facti a uite pietatis & re-  
ligionis, circūacti huc atq̄ illuc, omni vento  
doctrinę. Homines instabiles, libertatē car-  
nis potius, q̄ spiritus sectātes. Ecclesiarum no-  
strarum pacem & trāquillitatem perturbañ,  
quorū finis, nisi penituerit interitus est. Hos  
& istorū similes vere pietatis cultores vitare  
potius q̄ imitari aut audire oportet. Est nā  
q̄ euidentis signū debilitatis fidei, huiusmodi  
hominibus religiōis nouatoribus adherere,  
illos ad

Ioan. 2.

illos admirari, patrocinari, aut opem ferre illis, quales sunt heretici omnes, & qui antiquam deseruerunt pietatem. Ob id ut recte monuit Tertulianus. Hereses ac religionis nouationes à nullis magis suscipiuntur, & apud nullos magis valent, nisi apud eos quorum fides languescit. Vos autem charissimi antiquam & auitam Religionis pietatem, cum fide Catholica non deseratis. Ceterum rogabitis, Ad quam tu nos hortaris tenendam fidei antiquitatem: nam & schismatis auctores unusquisque dicit apud se, fidem esse rectam, veram, apostolicam, veterem pietatem, fidem Catholicam. Hoc enim Anabaptistae, hoc Sacramentarii, hoc istarum & aliarum sectarum auctores fortiter ubique ebuccinant, ut soli illi vere euangelici, fideles, & electus dei populus esse velint, soli antiquitatem prioris ecclesiae reuocare se dicunt, ac penè quod non persuadeant in hoc Donatistis, qui et Cathari dicti sunt proxime accedent. Haec cum isti de se & suis predicant, per blandas voces & benedictiones, pollicitationes, seducunt innocentium corda. Vos autem charissimi, stete in fide quam non vnus terrae angulus, sed totus orbis Christianus pari consensu confitetur, & agnoscit, et quam accepistis ab apostolica ecclesia, quam

Petrus

Petrus & Paulus non solū doctrina, sed etiā  
martyrio illustrarunt. Hanc enim solam &  
unicam vere fideles. confitentur et tenent re-  
ligionem. Siquidem scire debetis, vnde & à  
quo seminaria Christiane percepistis religio-  
nis, non enim à pseudo apostolis, quorū pro-  
uentu, vera raro ecclesia caruit. Sed ab hijs  
qui ab apostolica ecclesia fidē edocti, ad nos,  
missi sunt prædicatores, & doctores, q̄p̄ iux-  
ta præscriptum apostolorum & aliorū san-  
ctorum virorum vixerūt, & scripturam sa-  
cram nobis, non ex propria præsumptiōe, sed  
maiorum intelligentia interpretati sunt, qui  
idololatriam cui maiores nostri addicti erāt,  
summo labore sustulerunt, & lucem Euan-  
gelij huic Regno intulerunt. Hijs tanquam

Joā. 10. uenit. Non enim sponte venerunt quod fu-  
res & latrones facere solent. Habuerunt sue  
missionis à matrice ecclesiarū que Romana  
est, & quam hoc honore beatus martyr Cy-  
prianus, & ante eū Ireneus Episcopi, dignati  
sunt, autoritatē. Inde nobis lux infulsit Euan-  
gelica, inde sanctum sacerdotium et pontifi-  
ciū habemus. Nos facile fidei nostre præcla-  
res autores ostendere possumus. Heretici cō-  
tra nouos ac recenter exortos ostendent ma-  
gistros

gistros, quos non nouerunt patres eorū. Ad  
 hanc inquit Ireneus, de ecclesia Romana lo- Ireneus.  
 quens propter potentioſſimam principalitatem  
 neceſſe eſt oēm cōuenire eccleſiam. Hoc eſt  
 eos qui vndiq; ſunt fideles, in qua ſemper ab  
 hijs qui vndiq; ſunt, conſeruata eſt, que eſt  
 ab apoſtoliſ traditio. Illi ergo doctrine & fi-  
 dei intendere nos conuenit, que ab apoſtoli-  
 ca eccleſia ad nos uſq; deriuata eſt, quam eti-  
 am ab hijs hauſimus, quos ab initio plantate  
 et ſuſceptę fidei habuimus prepoſitos, paſto-  
 res, et doctores, diuinitus nobis proculdubio  
 datos, qui non aliud euangelizauerunt, quā  
 quod euāgelizatum eſt ſemel. De talibus cōm  
 et hijs ſimilibꝝ apoſtolica tuba nobis, et vni-  
 uerſę eccleſię dei, per totum orbem terrarum  
 diſperſę, perſonat dicens. **MEMENTO,**  
**TE PREPOSITORVM VESTRO**  
**RVM QUI VOBIS LOCVTI S** Ebr. 13:  
**NT VERBUM DEI, QVORVM**  
**INTVENTES EXITVM CON-**  
**VERSATIONIS, IMITAMINI FI-**  
**DEM.** Premunit apoſtolus verbis iſtis fi-  
 deles ex Iudaismo conuerſos ad Chriſti fidē,  
 contra pseudo apoſtolorum impoſturas, op-  
 ponens. Antiquitatem doctrine cum ſuis do-  
 ctoribus, prophanis nouationibus heretico-  
rum!

rum, quod sequentia manifeste euincunt, dū  
ait. Doctrinis varijs & peregrinis nolite ab-  
duci. Bonum enim est stabilire cor gratia.  
Iam quamuis fides non ex personis, sed  
personę ex fide vt Tertulianus ait, probande  
veniūt. Refert tamē permultum, a q̄ quis in-  
stitutus ac eruditus primū fuerit. Q̄ plerūq̄  
soleāt discipuli p̄ceptorum tam virtutes q̄  
vitia cum doctrina emulari. Videtur autem  
apostolus testimonium scripture veteris te-  
stamenti secutus. Quia dominus Esaie LI.

Esa. 15. pijs & fidelibus in hunc loquitur modum.  
Audite me qui sequimini quod iustum est,  
& queritis dominum. Attendite ad petram  
vnde excisi estis, & ad cauernam laci de qua  
p̄cisi estis. Attendite ad Abraham patrem  
vestrum, & ad Saram que peperit vos, ac si  
aptius diceretur. Mementote ō viri Abrahe  
patris vestri. Attendite ad cōstantiam ac ro-  
bur fidei ipsius, que fortissime petre similis  
erat, contemplamini sanctam eius conuersa-  
tionem, innocentem vitam, religionem solis-  
dam, hospitaliātem preclaram, insignē erga  
diuinum numen obedientiam. Sed & vos  
ō mulieres, aspiciēte ad Saram matrem vestrā  
que cōcepit vos, Huic scripture succineñ. Pe-  
1. Pe. 3. trus Apostolus, Coniugem patriarchę mult  
eribus

eribus quas sanctam decet conuersationem  
 ob oculos tanq̄ exemplar proponit, dicens.  
 Sic enim aliquando & sanctę mulieres spe-  
 rantes in deo, ornabant se subiectę proprijs  
 viris, sicut Sara obediebat Abrahę, dominũ  
 eum vocans, cuius estis filię beneficientes.  
 In memoriã reuocãs, ac velut paradigma,  
 sanctorum vitã posterioris seculi hominibus  
 ad imitationem cũ beato apostolo Paulo &  
 prophetica scriptura pponens. Quo fit vt sa-  
 tis mirari non possum, quorũdam temerita-  
 tem, ne dicam peruersum iudiciũ, quibus  
 illa nauseat cõcio, in qua populo dei, sancto-  
 rum noui testamenti, recitantur imitationis  
 exempla, Nec minus miror eos, qui vllã vo-  
 lunt fieri sanctorum memoriã, quos proi-  
 ciendos ac negligendos esse censent. Atq; so-  
 lent hĩ ex hominũ effluere memoriã Quorũ Ps. iiii;  
 memoriã perit cũ sonitu, quod de impijs  
 dictum est, quia de sanctis et pijs hominibus  
 apud eundem prophetam dicitur. In memo-  
 riã ęterna erit iustus, non solum apud deum  
 sed etiã penes homines. Id aperte apostolus  
 docet dum monet, dicens. **MEMENTO**  
**TE PREPOSITORVM VES-**  
**TRORVM.** Non solum viuorum  
 vt videlicet pro spiritualibus illis carnalia sis  
 ue tris

ue tristitia cū omni alacritate provideamus:  
boui nāq; triturati nō esse alligandū os, Lex  
dicit. Meminisse autē oportet prepositorū no  
Gen. 4. strorum absentium, & mortuorum, sed cū  
Christo viuentium, quia & ipsi nostri non  
obliuiscuntur, Non enim sunt pincerne illi si  
miles, qui ē carcere sublatus et in ministeriū  
regis restitutus, icarcerati Ioseph oblitus erat,  
quin sollicitē & iugiter pro nobis orāt, vt in  
Apocalipsi Ioannis, & compluribus alijs scri  
pturę locis, videre est. Eorum autem potissi  
mum prepositorum nos meminisse oportet,  
**QVI LOCUTI SVNT NOBIS VER**  
**BVM DEI,** & qui nos genuerūt per euā  
gelium, & de caligine tenebrarum ac igno  
rantię cœcitate, ad lumen deduxerūt euange  
lij. Horum doctrinam omnibus prophanis  
& impijs nouationibus opponere debemus,  
nec aliē sentire ac credere, quam ipsi senserūt.  
& crediderunt, persuaderi debemus. Hij ve  
lut alienus nobis, cum verbo dei debent es  
se mirus. Contra omnē impiorum dogmas  
tum statum. Quo autem solidius firmissq;  
in fide per eos nobis tradita, confirmari vale  
amus, præcipit sacer apostolus, diligenter eos  
rum conuersationis in hoc mūdo intueri exi  
tam, & finem vię, dicens, **QVORVM**  
intuen.

INT  
EXI  
An  
ribus  
baru  
bene  
strin  
res n  
dixer  
dent  
facer  
doct  
tam  
est,  
In h  
An  
tri  
tum  
fide  
Igr  
vel  
ord  
TI  
R  
V  
de  
vi

**INTVEÑ. CONVERSATIONIS  
EXITVM IMITAMINI FIDEM.**

An scilicet fidem quam ore docuerunt, moribus etiam & sancta conuersatione approbarunt & professi sunt. Qui si solummodo bene docuerunt, male autem vixerunt. Doctrina bona recipienda est, vita porro & mores mali fugiendi dicente domino. Quęcũq; dixerint hij qui supra Moyſi Cathedram <sup>ſe</sup> **Mat. 25** ſident facite. Secundum autem opera eorum facere nolite. Sin autem tales fuerunt, q̄ sanctę doctrine adiūxerunt conuersationem & vitam deo gratam & fidei doctrina recipienda est, & sancta eorum conuersatio imitanda. In hunc fere modum etiam diuus Ignatius Anthiocenses animat dicens. Pauli & Petri <sup>Ignati.</sup> **Ignati.** tri sancti estis discipuli, nolite perdere depositum quod vobis cõmendarunt, doctrinam fidei & operũ intelligens. Memẽtote (inquit Ignatius) digne beatissimi Enodij, pastoris vestri q̄ primus vobis ab apostolis antistes ordinatus est: vos autem **MEMENTO  
TE PREPOSITORVM VESTRO  
RVM, QUI VOBIS LOCVTI Sunt  
VERBVM DEI.** Qui ab apostolica ecclesia pastores & doctores vobis dati sunt, viros magna & insigni fide p̄ditos, cõuer  
**B** satione

latione sanctos, mārtyrio claros, hī aut sunt  
illi duo p̄cipui regni & gentis nostrē Ma  
gistri & doctores, Adalbertus quondā Pra  
gensium Antistes. Et paulo post Metropolita  
nē ecclesie Gnesnē. Archip̄sul. Et bea  
tus Stanislaus Craccouiē. Episcopus, quo  
rum vterq; nobis locutus est verbum dei,  
vtriusq; sancta cōuersatio, exitus & finis  
vitę sanctior, vterq; non aliam quandam fi  
dem, non alia Christianę religionis institu  
ta nos docuit, quam quę nunc habemus &  
retinemus, tenet ac retinebit semper, aposto  
lica ecclesia. Ab ea siquidē optimi deī nutu  
nobis ordinati sunt sacerdotes, illius sedis au  
toritate manus impositionem & pontifica  
lis culminis perceperunt dignitatem, seruata  
successione, quę à Christo in apostolos, ab  
hīs in eorum successores ad nos vsq; & no  
stros sanctos pontifices & p̄positos deriu  
ta, perpetua & longa serie cōtinuatur. Si q̄s  
porro vtriusq; conuersationem qualis fuerit  
requiserit, vt quod imitetur in eis, habeat, ex  
multis ista pauca obseruet, p̄ter fidem Ca  
tholicā, sine qua impossibile est placere deo  
Erat in vtroq; bonorum operum gloriosus  
fructus, in primis humilitas rara, quę hoc ef  
fecit, ne ambularent in mirabilibus super se  
ne dege

ne de g  
paciēti  
tus per  
re anin  
eterna  
cution  
tatis &  
phanc  
se ex  
el. i. p  
uitut  
gem  
eis in  
um  
tio &  
gar  
doc  
rat.  
lita  
con  
rep  
ad  
N  
bi  
at  
in  
sa

ne de generis extolleretur nobilitate. Erat & paciētię insignis illa & vere Christiana virtus per quam dominus docuit suos, possidere animam suam, & custodire eam in vitā eternam, vterq; enim infractio animo persecutiones tulit propter iusticiam, vterq; castitatis & sobrietatis amator, pauperum & Orphanorum protector & consolator, vterq; se ex aduerso opposuit murū pro domo Israel. i. pro fideli populo. Hic Christianos ē seruitute Iudeorum redimē, Ille crudelem regem a Tyrannide arcendo. Quantum vero eis inesset pietatis studium, quantus erga deum & proximum amor, vtriusq; conuersatio & charitatis opera demōstrāt, prior Vngariam, Poloniam, postremo & Prussiam doctrina euangelij, aut illustrat aut corroborat. Alter quęsitos Christo populos sedulitate docendi in fide retinet, Ambo castigāt corpus suū & atterunt, ne prædicā alijs, ipsi reprobi fiant. Plura in vita eorū scripta sunt, ad quę remitto pium lectorem.

Nunc ad doctrinam & ad verbū quod nobis locuti sunt accedamus, quorum prior beatus Adalbertus Neophytos ac rudes adhuc in fide patres nostros verbi doctrina & vita sancta, robustiores firmioresq; reddidit. Et

B ij. quid

qd ipse predicauerit tunc, aut crediderit, hym-  
nus ab ipso editus & ipsius manu conscriptus  
argumento aliquanto esse potest, Non aliud  
tunc sanctum dei nobis predicasse, nisi quod  
nunc quoque docetur, & ab vniuersali tenetur  
& predicatur ecclesia, Canticum beati viri  
Polonis nostris ob oculos ponere visum est.  
Quum propter antiquitatem, tum propter  
beati presulis patris nostri autoritatem, vt ex  
paruis maiora cogitare discant, planeque agno-  
scant, In nullo discessum fuisse a sano do-  
gmate. licet fortassis rectius quis dixerit vari-  
atum esse, a bonis moribus maiorum, a vite  
integritate, iusticia, pietate, & alijs virtuti-  
bus, non solum in Sarmaticis ecclesijs, sed in  
omnibus vbiq; per orbem cœtibus fidelium  
Porro hymnus sancti martyris quem nostri  
testamentum sancti Adalberti vocant, Ita in-  
cipit, Boga Rodzicza i. dei genitrix.

**O** Pereprecium erit hoc loco assignare  
causam cur super benedictę Trinitatis  
sanctus martyr in hymno suo nullam fecerit  
mentionem, quam tamen docuisse idolatras,  
Prutenos creaturas colentes constat, sed huius  
quesiti. Hęc fere ratio et causa est. Inuenerat  
sanctus presul maiores nostros in nomine  
sanctę trinitatis baptisatos, idolis confractis,

vnius

vnius  
gnition  
ma in  
ri, Ben  
secuti  
mere  
tis fide  
dis. N  
ciendo  
1. B  
w  
2. W  
10  
3. S  
el  
4.  
5  
eu  
m  
co  
&  
do  
ri  
5

vnus summe diuinitatis tantā accepisse cognitionem, quanta sufficit hīs, qui baptis-  
ma in nomine sanctę trinitatis sunt susceptu-  
ri, Beneficia duntaxat, quę per Christum as-  
secuti fuerant, cantico à se edito clare expri-  
mere curauit, Confirmandis tantū neophy-  
tis fidelibus, & in fide semel suscepta retinen-  
dis, Nūc ad singulos cantici versiculos excu-  
ciēdos nō inutiliter manū admoueamus.

1. Bogá rodzicá dyuemicá bogyem slá-  
wóná / Mária.

2. W twego syná gospodyná mátko zwo-  
loná / Mária.

3. Zysczy nam spust winam Syrie  
eleyzon.

4. Twego syná zbáwić yelá zbożniká :  
Wsyß glosy nápelni my sli czlowyecz-  
e Słyß modlitwy yenje čye prosimy

¶ Primus versus, Cum ecclesia catholica &  
euangelio confitetur, & agnoscit virginem  
matrem esse veram Theotocon siue deipará  
contra impietatem Nestorij, per cuius preces  
& suffragia postulat populo misericordiam  
domini, & peccatorum remissionem exhibe-  
ri, idēq; secūdo, tertio, & q̄rto versibus facit.

5. Gddác raczy yegoß prosimy / day nam  
ná swyćye zbożny pobyt / po żywoćye

B iij. raystkij

**ráyTi přebýc. Syrie eleyson.**

**¶** Quinto versu conuertit sermonem ad filium virginis, à quo petit in hoc mundo incolatum foelicem, & post mortem in paradiso statum, cui per modum Epiphonematis .i. acclamationis, addit. In fine grecam vocē kirie eleyson .i. domine miserere.

**6. Narodzil sye nas dla syn bozy/wro wo perzy cztowyece zbozny / iz przez crud bog swoy lud/odhat dyablu stroza.**

**¶** Sexto versu incipit commemorare beneficia incarnationis, passionis, redemptionis generis humani per Christum nobis exhibita dicens Christum nobis .i. propter nos natū

**Esa. 20** Sicut & Esaias dicit. Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Et ibidem tangit vaticinium Esaie. Iugum oneris eius & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris superasti, Addens vt hoc à nobis firma & inconcussa fide credatur.

**7. Prz ydat nam zdrowya wyczynego stas, roste slowat pnyhelnego / smyerc pod hat spomyonat cztowyecka pperwego.**

**Ioha. 10** ¶ Septimo versu docet Christum nobis abundantē vitam contulisse, iuxta illud Ioannis. x. Ego veni vt vitam habeāt & abundantius habeant. Ibidem facit mentionē de alligacione

gatione fortis .i. dyaboli recensendo Christi triumphum, de morte inferno & dyabolo passionem, quā ob primi parentis lapsum reparandum, Christus sustinuit

8. Tenze erud přečirpýal bez myerne / ies  
špeze byl nye přecopyat zá wyerne / á  
tež sam bog zmarewoch wstat.

¶ Octavo versu astruit, tunc vere & efficaciter primum hominem & totum genus humanum liberatum à tyrannide peccati, mortis & dyaboli, dū Christus vita nostra à mortuis resurrexit. Id Petrus clare etiā docet, benedictus (ingit deus) qui secūdū misericordiā suā magnā regenerauit nos in spem uiuā per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis in hereditatem incorruptibilē & imarcessibilem, incontaminatam, conseruatā in cœlis, uobis qui in uirtute Dei custodimini, per fidem in salutem reuelari in tempore nouissimo.

i Pet. x

9. Wdāmye ty božy kmyečny / ty syedziš  
w bogā w wyeczu / domyesc nas sive dzye  
či gdzye kroluhy ānyeli.

¶ Nono versu, Appostrophat ad protoplastum nō sine certo consilio, propter rudes & simplices in fide q̄ execrabantur non tam lapsū Adę, quā ipsū Adam, ut qui toti ge-

B iij. neri

**Gene. 3** neri humano, maximū negotiū fecisset, quē  
dei colonū vocat, ob hoc q̄ iussus sit à Deo  
colere terram, et in sudore vultus vesci pane  
suo, quē in cœlestibus, in sede iudiciaria resi-  
dere ac beata vita frui affirmat. Cuius precis  
bus & intercessione orat nobis filijs suis, re-  
gna celestia donari. Hoc dogma est ecclesie  
autoratum & receptū dogma. Isidorus nāq̄

**Isidorus** Episcopus in lib. de vita & obitu sanctorū,  
qui Deo placuerūt, Prothoplastū in catha-  
logo sanctorū primo loco ponit, typpum  
eius expressit filius ille prodigus in euange-  
licis literis celebratus. Deinde homo qui in-  
cidit in latrones, & à Samaritano est in curā  
susceptus. Accedit istis Ebreorū Rabenorū  
qui Cabaliste vocātur, traditio, affirmantiū.

**Cabalis** Q̄ postq̄ Adā per inobediētiā deliquisset,  
ste. Ad angelos audiente Adam. Dñs in hunc  
locut⁹ ē modū, dicēs. Et nūc ne mittat manū  
suam, & sumat, de ligno vite & comedat &  
viuat in eternū. Et emisit eū dñs de paradiso  
voluptatis. Vox vltima hec erat quā ab ore  
dei miser audiebat, quū iam ex horto pellere-  
tur, quā tamen inter tot merores atq̄ luct⁹,  
firmā erga creatorē suum recipit spem illam,  
quod tā horribilis sentētia, successu temporū  
fieret ex dei misericordia reuocabilis, istudq̄

sibi

sibi verba indicabāt oraculi, Ait em̄. Nunc,  
 sine iam, ne mittat manū suam, & sumat de  
 ligno vite, nempe haud frustra dictionē nūc  
 vel iam addidit Deus, quo p̄sens tēpus de  
 signatur, insinuans sententiā non fore p̄pe-  
 tuā, sed posse contra eā futuro post tempore,  
 abolitionē impetrari. Si quando veniret ho-  
 mo, ad vescendum de ligno vite. Intellexerat  
 ergo prudenter, quod tam et si nō nunc, at  
 tamen post, tēporis successu p̄ celestē Adam  
 ruina sua veniret de fructu ligni reparanda,  
 vnde dicunt Ebrei ad collapsum Adam &  
 merore plenum missum fuisse angelum cui  
 nomen Raziel vt consolaretur eū, cui sic di-  
 xit. Ne supra modū cōstitiaris gemitu & mo-  
 lestia, quod te duce genus humanū in sum-  
 mā corruit p̄ditionē. Quoniā originale hoc  
 peccatū expiabitur. Nam ex progenie tua na-  
 scetur homo iustus & pacificus, vir heros, il-  
 le per rectā fidem & placitā oblationem mit-  
 tet manum suam & sumet de ligno vite, Et  
 eius ligni fructus, erit oīm sperantiū. Salus,  
 eadem ferē est mens Eucherij Lugdunensis  
 Episcopi in cōmentarijs super Genesi, super  
 illa verba. Nunc ergo videtē ne forte mittat  
 manū etc. Vere vt clementissimus dñs eisdē  
 dignatus est consulere ad salutē, ne forte per

transgressionē indigni iam facti de ligno vi-  
te preſumerēt edere & ad perpetuū viuerēt  
cruciatū. Exules itaq; ſunt ab illius eſu ad tē-  
pus effecti, vt per congruā pœnitentię ſatis-  
factionem ruruſum illuc vnde emiſſi fuerāt  
reuerterentur. hec Eucherius.

10. Tām rādofc tām mitofc tām widze  
nye cworcā āngeliſkhe bez toncā  
tām ſhe nam zjāwilo dyable poteo  
pyenye.

Decimo verſu, recenſet coeleſtis patrię ſola-  
tia, gaudiū, charitatem, fruitionē diuinitatis  
ſeu creatoris abſq; termino. In hoc autē mun-  
do dicit reuelatā eſſe nobis dyaboli damnati-  
onē. Id clare Chriſtus in Euāgelio docet di-  
cēs. Iā princeps huius mūdi eiectus eſt foras

Ioh, 12

11. Ni ōrebrēm ni zlotem nas dyablu od-  
lupit ſwa moca zāſtapil / cnebye dla  
cztowhecze dat bog przekoć ſobye / boſ  
rece nodze obye krew ōmyeta ſtā zbo-  
ſu nā zbāwyenye cobye.

Vndecimus verſus, Ex Petro apoſtolo de-  
ſumptus eſt. Non corruptibilibus auro aut  
argento redempti eſtis, ſed precioſo immacu-  
lati agni ſanguine.

12. Wperz je wto cztowhecze ij Jeſu kryſt  
prāwy cperpyat zā nas rāny ſua ōwa-  
yeta

**Weta krewo przelat za nas krzesciani.**

Duodecimo versu, Omnia supradicta beneficia per Christum nobis exhibita fide apprehendere monet. **Q** scilicet Christus est ille verus in lege promissus ac expectatus Messias, q̄ attritus est p̄pter iniquitates nostras & vulneratus propter peccata nostra.

**13. Gduszy o grzeszney sam Bog pyeczyna  
yma dyablu ya odehyma / gdzyeż to  
sam przybywa tu ya ksobye przyyma.**

Tredecimo versu, Soli Deo esse curam de anima peccatrice dicit. Quia Deus non vult mortem peccatoris, ut propheta Ezechiel vaticinatus est. Hanc a potestate dyaboli ipse liberat secumq̄ regnare facit iuxta illud. Tradidit nos in regnum lucis dilecti filij sui. Et quum vos filius liberauerit, vere liberi eritis.

**14. Suz namzao godzina grzechow sye ka  
yaci bogu chwate daci ze w szystym  
witami bogu mitowaci.**

Quarto decimo versu, Hortatur peccatores ad poenitentiam, & hoc ideo, quia dixerat superiori versu Deo esse curam de anima peccatrice, non enim vult mortem impij, sed ut couertatur & viuat, vnde nostram conuersionem tanq̄ ad salutem necessariam sanctus martyr requirens, dicit, tempus adesse poenitentiae & do

Esa. 53

14

Ioh. 8

tię & doloris pro peccatis nostris, adesse des  
niq̄ tempus, vt deus à nobis toto pectore di  
ligat & digna laude celebretur.

15. *Maryna dzyewicá prosi syhá swego/  
krolá nyebyeskego aby nas vchowat,  
odewssiego ztego.*

Quintodecimo versu, supplicat virgini ma  
tri cui deuotus ab ineūte etate vt apparet fuis  
it, sed vt creature conuenit.

16. *Wssysey swyeci prośche nas grzeszne  
spom oźche bysmy swami byli Jezu  
krysta chwality.*

Sexto decimo versu, Post virginē matrem,  
omniū sanctorū & electorum Dei suffragia  
implorat, cupiens dissolui et esse cū Christo,  
Oratq̄ vt cū sanctis & electis dei in coelesti  
bus deū laudare ac consortiū habere liceat.

17. *Zegoj nas domyesci Jezu kryste mi  
ty bysmy stoba byli gdye sye nam ra  
duya wssyeci nyebyeske byly.*

Decimo septio versu, vbi sanctis supplicas  
set, Christum petit vt donet, quod sancti da  
re nequeunt scilicet gratiā & gloriam, quia  
gratiam & gloriam sicut scriptū est dabit do  
minus. Et hic obserua vt à factis ad Christū  
ascendit, non herendo circa creaturam

18. *Amen amen amen/amen amen amē/*

Decim  
voce  
ci am  
deside  
Quis  
ctrina  
esse d  
fiasti  
rans  
ticor  
nam  
scrib  
ait. C  
que  
sa a  
pre  
stol  
ma  
nu  
D  
est  
cia  
su  
ra  
o

Amen tako bog dan bysmy possli w  
 Nychy wnyebysti ray.

Decimo octauo & ultimo versu Ebraica  
 voce in ecclesijs frequenter usurpata, septupli  
 ci amen coelestia premia magno & ardenti  
 desiderat voto.

Quis iam non videt sancti patris nostri do-  
 ctrinam nobis traditam, mere Euangelicū  
 esse dogma, quod in nullo discrepat ab eccle-  
 siastica predicatione, ad moderna vsq; du-  
 rans tempora in ecclesijs illis que nulla here-  
 tiorum sunt viciate nouatione. Origenes  
 namq; insignem sincere concionandi pre-  
 scribens regulam in libro Periarchone  
 ait. Quum multi sunt qui se putant sentir, **Regula**  
 que Christi sunt. Et nonnulli eorum diuer- **pro con**  
 sa à prioribus sentiant, seruetur ecclesiastica **cionato**  
 predicatione per successionis ordinem ab apo- **ribus.**  
 stolis tradita, & vsq; ad presens ecclesijs per  
 manens, illa sola credenda est veritas, que in  
 nullo ab ecclesiastica discordat traditione.  
 Doctrina enim que in sancti viri hymno  
 est descripta, quanta per Chrystum benefi-  
 cia accepimus, clare tradit. Deinde quibus p  
 sunt aperit, quia fide firma credentibus ope-  
 ratq; penitentie agentibus. Innititur ergo per  
 omnia Pauline doctrine, fidem ita predicat

vt opera bona non excludat ab ea, Deo & Christo suum honorem tribuit. Chrystum mediatorem ac propiciatorem per sanguinē pro peccatis nostris confitetur, Nec tamen negat sanctos in cœlis pro nobis orare, supplicare, aut patrocinari, sed tanquam membra, Chrystū aut tanquam caput & redemptorē omnium, & sanctorum secum supplicantū per quem & ipsi habent accessum ad patrē, agnoscit, sanctos tanq̄ nostrę orationis consocios inuocat & postulat citra iniuriam māximi illius & vnici mediatoris & aduocati apud patrem, de quo in ecclesijs nostris canimus, Tu solus sanctus, tu solus dominus, tu solus altissimus Ihesu Chryste. Addam & hoc quomodo possibile est sanctū martyre & patrē nostrū, Idolatriam (inuocando sanctos) docuisse, aut cōmisisse, cum idolatrię tollende, In prussia & alijs terris nuper conuersis ad fidem, strenuus extirpator & expugnator fortissimus ad mortem vsq; extiterit, nolo hic plura dicere, tātū **MEMEN-  
TOTE PREPOSITORVM VES-  
TRORVM QUI LOCVTI SVNT  
VOBIS VERBVM DEI, QVO-  
RVM INTVENTES CONVER-  
SIONIS EXITVM IMITAMI-**  
ni fidem

NI FI  
nunc d  
niflav  
or fut  
ne pri  
& hic  
licet ia  
liorum  
parte  
tamen  
Dog  
rupta  
rigen  
vlcus  
pebat  
leuio  
appli  
nales  
viro  
omn  
bun  
geli  
intri  
quo  
req  
din  
nar

**NI FIDEM.** Adiungam igitur huic de q̄  
 nunc dixi, alterum, inclytum pontificē Sta-  
 nislauum beatum, qui quamuis hoc posterio-  
 or fuit tempore, fide tamen & conuersatio-  
 ne priori nequaquā posterior, Obiuit nāq̄  
 & hic munus vero pontificem dignum, qui  
 licet iam ecclesiam illius confirmatione & a-  
 liorum sanctorum predicatione magna ex  
 parte stabilitam in fide inuenerit. Non talē  
 tamen inuenit quē sine ruga & macula esset  
 Dogma tunc integrum erat, vita autem cor-  
 rupta. Mores ergo non sanum dogma cor-  
 rigēn suscepit, Ab ipso autem vertice vnde  
 vlcus & fēda tabes, reliquas corporis corrū-  
 pebat partes, premissis iuxta dogma domini  
 leuioribus fomentis, sectionis postmodum  
 applicuit, austeritatem. Hęc & alia quę an-  
 nales nostri bona fide conscripti de sancto  
 viro habentur prudens transeo, quum sint  
 omnibus fere cognita, ad doctrinam & verū  
 quod locutus est venio, docere, euan-  
 gelizare aliud non potuit, quam quod ab  
 initio euangelizatum fuit, in regno hoc &  
 quod tunc omnes tenebant ecclesię Q̄ si q̄s  
 requisierit fidei eius magnitudinem, fortitū-  
 dinem, inde facile colligere potest. Huius  
 namq̄ dominus respiciens fidem, & in ipsa  
 fide

Iere. 5

fide deuotam orationem, ieiunia, lachrymas  
fidem inquam illam de qua Ieremias prophe-  
ta dicit. Domine oculi tui respiciunt fidem  
que per dilectionem operatur, & quam pa-  
triarcha Abraam habuisse legitur, dum ius-  
sus esset vnicum imolare filium, quia potēs  
Ebre. 11 est deus etiam à mortuis suscitare Petrum  
nobilem mortuum, triennio humi defossam  
& iam in puluerem resolutum ea fidei do-  
ctrina, quam nunc vniuersalis profitetur &  
tenet ecclesia, Multis cernentibus & stupe-  
scentibus reuocauit ad vitam, tribunaliq;  
Regio ad perhibendum testimonij veritate  
produxit, Hic nobis nemo nisi penitus om-  
nia etiam Chrysti sustulerit miracula, ocu-  
lis tenebras obfusas dicat, sensusq; deceptos,  
clamitet, demonum totum actum esse, quod  
gestum est vociferetur prestigijs. Hoc enim  
pacto & nos omnem hystorie fidem impu-  
gnabimus, & miracula per Mosem facta,  
non virtute dei, Aut que Helias cum Eli-  
zeo edidit, Aut post hos Petrus & Paulus  
patrauit, malis demonum artibus facta dice-  
re poterimus. Digittum ergo Dei in sanctis  
& per sanctos operantem negabimus. Ab-  
sit, Hoc enim esset blaffemiā in spiritum sa-  
ctū dicere, & peccatum irremissibile, commit-  
tere.

tere. E  
sistere,  
& cum  
signa f  
intellig  
illis, q  
confir  
test ni  
porter  
hibere  
tis dic  
dei C  
stre ob  
tutes i  
in con  
stus p  
id cla  
minu  
vidin  
demo  
tur no  
re, qu  
est, p  
vere  
sunt  
vt ai  
onis

tere. Et sicut Iannes & Mābres veritati resistere, Potius igitur est Deo gloriam dare, & cum Nicodemo dicere, nemo potest hec signa facere nisi fuerit Deus cum illo, quod intelligendum de signis potissimum censeo illis, quę fiunt ad veritatis & doctrinę sane confirmationē, quia talibus miraculis nō potest nisi virtus diuina assistere. Alioqui oporteret dicere, deum errori & falsitati perhibere testimonium, quod nemo sanę mentis dicet, potissimum in quo vel scintilla fidei Christianę fuerit, Nec huic assertioni nostrę obstat, quosdam reprobos signa & virtutes in nomine Iesu edidisse, quia id fiebat in confirmationem eius doctrinę quā Christus predicabat, & non contra doctrinam id clare docet Euangelium, dum respōdet dominus Ioanni narranti & dicenti. Preceptor vidimus quendam in nomine tuo eicientem demonia, & prohibuimus, quia non sequitur nobiscum, Cui dominus, nolite prohibere, qui enim aduersum nos non est, pro nobis est, possunt ergo etiam mali edere signa, in vere fidei & doctrinę confirmationem, possunt pro veritate, sed non contra veritatem vt ait Apostolus quia quamuis magi Pharaonis aliquantum veritati restitissent, digittū  
 C dei

Ioh. 3

Luc. 9

2 co. 13

dei, similiter confiteri sunt coacti. Et in die-  
bus Helie certantibus de vera fide & religio-  
Exo. 4 ne sacerdotibus Baal, volentibus q̄ miracu-  
lo Idolatriā confirmare, ignem ē celo euo-  
care non potuerunt deo prohibente, & ab  
Helie partibus & vera religioe stante. Sicut  
ergo ab initio exorientis euangelij propter il-  
lustrandum nomen domini Iesu & veritatē  
Euangelij corroborandam, concessum etiā  
fuit malis & sceleratis virtutes facere, ita  
rursus nusq̄ legitur, quum tot monstra here-  
ticorum suppululassēt signo aliquo aut vir-  
tute per eos edita. Quāq̄ hoc enixe cuperēt  
& desiderarent, heresim suam cōfirmare eos  
potuisse. Quia hereses vt Dominus ait non  
sunt pro nobis, hoc est, p̄ vera ecclesia, imo  
contra. Atq̄ ob eam causā prohibentur si-  
gna veritatis falsitati adfigere. Sed iam rede-  
undum est ad beatum Stanislaū prepositum  
ac pastorem nostrum qui patribus nostris  
locutus ē verbū dei et grande illud & nō vul-  
gare miraculum proculdubio, non nisi vir-  
tute diuina absoluisse credendus est. Vera-  
citer, sine vlla impostura, & prestigijs. Porro  
ego equum lectorem ad Chronicā gētis no-  
stre remitto, ibi causam, necessitatem, tanti  
miraculi leget, inueniet etiam descriptū rem-  
pus,

pus, locum, modum resurrectionis Petri nob  
 bilis, vt vlla tergiuersatione tam clara &  
 fulgida veritas à quamtūvis pertinacibus ad  
 uersarijs iuste & cū ratione possit negari.  
**HI SVNT ERGO** duo illi prepositi no  
 stri quorum meminisse nos decet, diligen  
 tēq; conuersationis intueri conuenit exitū,  
 quorum etiam fidem iuxta Apostolicā do  
 ctinā imitari nos equū est. Dicit em̄ Apo  
 stolus, **IMITAMINI FIDEM** Eorum,  
 nāq; fides nō vana sed efficax, nō ociosa sed  
 operans per charitatem fuit, viua non mor  
 tua, ardens non extincta, robusta & mascu  
 la, non debilis aut infirma. Non que in pu  
 gnis verborum est, sed que consistit in vir  
 tute dei, non quam sibi confinuerūt ipsi, aut  
 curiosa meditatione ad ostentatiōem ingenij  
 iuenerūt, vt post se discipulos, rupto ecclesie  
 fœdere relinquerent. Hoc em̄ Pseudo eccles  
 iasticorum fere proprium est, sciebant vnū  
 magistrum esse Christum, cum eo congrega  
 re malebant, quam dispergere cū Satha  
 na, Scripturis sanctis pia meditatione insiste  
 bant. Mores, non doctrinam bonam & san  
 ctam, vetustissimarum ecclesiarum à quibus  
 vsq; ad nos defluxit religio, improbabant.  
 Sed cum Ireneo presule glorioso, ad antiquis

simas ecclesias disceptationis tempore recur-  
rendum cēsebant, inde factum est, vt vterq;  
Romane ecclesie, tanq; originarie, multum  
deferret, Eamq; q̄a beati Petri sedes est plu-  
rimū venerabatur, non tam personam quā  
sedem apostolicā in persona venerā. Atq;  
in hoc vetustissimis patribus vita, religioe,  
& eruditione conspicuis, sese conformantes,  
Tantū abest vt maledictis ac indignis pro-  
bris eam insectarētur, Sacerdotium neq; ve-  
rum neq; ratum arbitantes, quod non per  
successiōis ordinem collatum esset, immo si-  
ne veris sacerdotibus sciebant non posse sub-  
sistere veram ecclesiam Beato Ignatio dice-  
te in epistola ad Tralianos, sine ipsis s̄. sacer-  
dotibus & episcopis ecclesia electa non est,  
neq; collectio sanctorum, neq; congrega-  
tio sancta. Ob id multum tribuebant syno-  
dis legitime congregatis, diligenter manda-  
tis ex decretis eorum, parendo vnitatem spi-  
ritus & fidei sollicitate, seruare studendo. San-  
ctorum cultum, non arbitrantur esse idola-  
triam si exhiberetur vt amicis dei, vt homini-  
bus sanctis, prout hactenus exhibetur eis di-  
gnus honor, saluo supremo semp̄ illo hono-  
re, quo Deus à nobis solus colendus, inuocā-  
dus, venerandus, & adorandus est, Agno-  
scebant

sciebant non solum viuos sanctos, templa es-  
 se dei & organa spūs sancti, sed etiam mortu-  
 orum corpora & cineres, suis prosequen-  
 tur honoribus, non negligendo sanctos dei q̄  
 sunt in terra. Omnia propter illum facientes  
 & ad eum referendo qui sanctus est sancto-  
 rum. Et propter apostolicam adhortationē,  
 memorias eorum exitus facere annuas, non  
 dubitabant. **MEMENTOTE INQUIT,**  
**APOSTOLVS PRAEPOSITORŪ**  
**VESTRO RVM, SE Q̄ IPSOS** hoc  
 pacto ad fidei eorum imitationem excitabāt  
 eorum se orationibus cōmendabant, quia p̄  
 prijs meritis nihil tribuebant, & pro pecca-  
 toribus coram Deo perpetuo se gerebant, iei-  
 unia, vigilijs, orationes, ceterasq̄ corporis  
 macerationes inter bona & grata deo opera  
 collocabant, scientes illud Apostoli. Obsecro  
 vos fratres exhibete corpa vestra oblationē  
 sanctam viuentem, deo placentem. Item il-  
 lud, In omnibus exhibeamus nos sicut dei  
 ministros in multa patientia, in tribulatiōi-  
 bus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis  
 in carceribus, in sedicionibus, in laboribus,  
 in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia,  
 in longaminitate, & quae bona opera e-  
 numerat ad Corinthios Apostolus. Insuper

aduertebant omnes sanctos & electos dei, quibus hic mundus dum uiuerent dignus non fuit non nisi per multas & varias tribulationes coelum introisse. Ideo manus populi ad bona opera tanquam ad salutem necessaria robora bant, ne tamen vel ipsi in sua iustitia confidebant aut populum confidere docebant. Praedicabant enim Christum, ut sapientiam ita et iustitiam nostram. Id manifeste comprobatur hymnus beati Adalberti presulis, In ipsa lucta & agone conscientiae Christum & eius passionem, propitiationem pro peccatis nostris, contra desperationem proponebant. Hic ille precationes pie & salutare. Domine pone amaram mortem & passionem tuam inter districtum iudicium tuum & animas nostras peccatrices. Hoc manifeste colligi potest, ex versu tredecimo Cantici beati Adalberti, inquit enim, Anime peccatricis solus Deus curam habet, quam etiam e faucibus eruit dyaboli, suorumque regno eam, in quo praesidet associat, Quid quod hominibus exentibus ex hac vita, non aliud nisi mortis dominice beneficia et redemptio inculcantur. Haec & plura alia argumento esse possunt, redemptionis beneficium per Christum hominibus exhibitum, in ecclesijs Sarmaticis, neque extinctum neque obsecratum

ratum fuisse vnq̄, quid porro de ecclesiasticis sacramentis que sunt languentium animarum salutaria pharmaca, cum Apostolica ecclesia humiliter sentiebant, nec prudentes magis aut oculati videri voluerunt magistris suis, à quibus regulam perceperant fidei, quia hoc hereticorum, vt inquit Ireneus propriū est, Apostolicas traditiones quas per successiōes presbiterorum habent repudiare, in hoc sapientiores se presbiteris immo apostolis facientes. hec Ireneus.

¶ De corpore autem dominico quod Eucharistia dicitur, sicut acceperant à prioribus & non secus sentiebāt. credebant & docebant populū, nihil noui commiscendo, non tropū, non panem, circa tam sublime sacramētum per omnia verbo diuino & ordinatiōi ecclesie inherendo. De Christi ergo instituto in vltima coena dicētis, hoc facite in meā cōmemorationem, cum matrice ecclesiarum sentiebant, siue in cōficiendo, siue ī distribuēdo, sacramento, Frequenti celebratiōe missarū, mortem domini anūciabāt, adeo vt vterq̄ non in aliquo opere alio, martyrio coronatus est, nisi in peragendis tremendis sacrōrum misterijs. Vterq̄ enim ad aram & ad sacrificiū confoditur, & obtruncatur, Ille ab in-

fidelibus, hic à scelesto, & impio Rege,  
MEMENTOTE IGITUR PREPO  
SITORVM VESTRORVM Quo  
RVM INTVENTES CONVER  
SATIONIS EXITVM IMITAMI  
NI FIDEM, Quid scilicet de sacramento  
cœnæ dominicæ, quid de ipso sacrificij ope,  
quod missam dicimus, credere, sentire debe  
atis. Illud etiam considerandū venit, quid  
senferint de fidelium defunctorū animabus,  
cum leuioribus peccatis defunctis, an illis in  
illo sæculo salutari sacrificio aut alijs reme  
dijs subueniri à viuentibus possit. Hoc ipsū  
nobis nō obscure ex authenticis litteris, ex A  
postolorū traditione, & diui Stanislai pa  
tris nostri gestis, ostendere erit. Vbi primū  
ostenderimus quendā locū à diuina iusticia  
in illo sæculo ordinatum, inter eum qui bea  
torū, & damnatorum medius ē esse creden  
dū. Origenes em̄ libro primo Periarchon ait  
Quoniam sancti apostoli, fidem Christi pre  
dicantes, de quibusdam quidem quecūq; &  
necessaria crediderūt, omnibus credentibus,  
etiam hijs qui pigriores erga inquisitionem  
diuinæ scientiæ videbantur, manifeste tradi  
derūt, rationem scilicet assertionis eorū relin  
quentes. Ab hijs inquirendam qui spiritus  
dona

dona excellentia, præcipue sancti sermonis  
 sapientiæ, & scientiæ, per ipsum spiritum san-  
 ctum percipere merebantur, de alijs quidem  
 dixerunt quia sint, quomodo autem, aut unde sint,  
 siluerunt, profecto ut studiosiores quoque ex  
 posteris suis, amatores sapientiæ & scientiæ,  
 exercitium habere possint, in quo ingenij  
 sui fructum ostendere valerent, hijs videlicet  
 qui dignos se & capaces sapientiæ prepara-  
 rent, tale quiddam arbitror esse, quod olim,  
 & nunc ecclesia de igne expiationis credit,  
 De quo Apostolus quidem prima ad Corin-  
 thios tertio dixit, Quia est, sed multa circa hoc si-  
 luit, aut obscure dixit. Secundum sententiam  
 Augustini aut potius Petri apostoli, quo fit  
 ut qui alicuius questionis obscuritate, falli  
 metuit. Inquit Augustinus libro primo con-  
 tra Cresconium ecclesiam consulat, que in-  
 fallibilis scripturæ innititur auctoritati. Ex Mat. 12  
 verbis igitur domini dicentis in illo seculo,  
 peccatorum que ad mortem non sunt, esse  
 remissionem, id in inferno in quo nulla redem-  
 ptio est, cum fieri non possit, nec rursus in cœ-  
 lo, quam illuc nullum pollutum & coinquini-  
 natum admittatur, quis non videt palam con-  
 sequi, alicubi in illo seculo relaxationem pec-  
 catorum esse, per expiationem scilicet, quam pur-  
 gatorij

gatorium vocamus, potissimū cum legam<sup>9</sup>  
in euangelicis literis de seruorum differen<sup>9</sup>  
tia in malicia & bonitate, in plagarum etiā  
modo, multitudine & paucitate, discrimen  
quia alius multis plagis vapulat, alius pau<sup>9</sup>  
cis, quod de tormētis inferni non recte quis  
dixerit intelligi posse, quū ibi propter eterni<sup>9</sup>  
tatem poenę quelibet vapulatio sit magna,  
licet gradus poenales, ibidem nemo prudens  
negauerit. Et nisi talis quedam poena ac pec<sup>9</sup>  
2 Mach catorum absolututio in futuro seculo esset  
12 in Machabeorum libro oblatio pro mortuis  
facta, descripta non fuisset, vt à peccatis sol<sup>9</sup>  
uantur. Ceterum illū librū, ne quis ecclesiasti<sup>9</sup>  
cos calumnietur in canone receptorū ab eccle<sup>9</sup>  
sia librorum, adnumeratū esse constat. Ab  
hīs duntaxat non recipitur quos suis depin<sup>9</sup>  
git coloribus Ireneus dicens. Heretici scri<sup>9</sup>  
pturas non recipiunt quę sunt contra eos, di<sup>9</sup>  
centes illas non recte habere, aut in canone  
non esse, vel non habere auctoritatē, &  
quid mirum de Machabeorum libro, cum  
de Apostolorum epistolis vacillātur sentiāt.  
Nunc ad traditiones ab Apostolis ad nos vt  
q̄ delatas veniamus. Reuera preclara mo<sup>9</sup>  
numenta vetustatis habemus apud Tertulī<sup>9</sup>  
ānum, Cyprianum, Athanasium, Augu<sup>9</sup>  
stinum, & omībus istis priorem Dionisiū.

Ex quorum scriptis, ecclesie prisce, antiqua  
 colligi potest obseruatio, quos ideo citamus  
 vt nouationibus opponamus hereticorum.  
 Esse igitur aliquem animarum purgandarū  
 locum, ex Chrysostomo clare liquet, & quo  
 iuentur, eodem autore discere possumus,  
 verū is prouocat ad Apostolicam traditionē  
 dicens. Omilia 59 ad populū Anthiocenū  
 Eadem etiam replicans in epistola ad Philis  
 penses capi. 1 sermone 3 dicens. Nō temere  
 ab Apostolis hec sancita fuerunt, vt in tres  
 mēdis misterijs defunctorū agatur cōmemo  
 ratio. Sciunt em̄ illis inde multū contingere  
 lucri, multā utilitatē. Quū em̄ totus consti  
 terit populus, extensis manibus, sacerdotalis  
 plenitudo constiterit, & tremēdū proponat  
 sacrificium, quomodo deum nō exorabim⁹  
 pro hijs deprecantes? sed hoc quidem de hijs  
 qui cum fide migrauerunt. Cathecumeni  
 ne hac quidem consolatione digni censētur,  
 sed omni sunt tali suffragio priuati, preter  
 vnum solum. Quod autē illud? dare licet pau  
 peribus, & ex hoc aliquid prestare refrigera  
 tionis, hoc de Cathecumenis et refrigerio eo  
 rum expendendū venit. Quid putas? sentit  
 Chrysostomus de hoc refrigerio, In labore  
 & pœna ac tribulatione refrigerium adhibe  
 ri solet.

ri solet. Quod autem Cathecumenos excludit  
à sacra oblatione, Respexit ad sua & prisca  
tempora, quibus baptismum differabant non  
nulli, sicut & nunc penitentiam, ad extremum  
vite differunt quidam. Quo igitur alliceret  
ad baptismum tempestive suscipiendum, hec  
posuit propter neglectores baptismalis gra-  
tie, nec tamen eos excludit penitus à solatio.  
Clementius longe sentiens, Atque docent qui-  
dam nostro tempore, qui conscientijs pau-  
dis succurere volentes, magis eas implicant  
& in baratrum damnationis detrudunt.  
Ecclesia autem scit apud dominum misericordi-  
am, & copiosam redemptionem esse. Expensum  
dendum hic venit, quibus magis credendum  
est, Chrysostomo an nostri seculi doctoribus  
Hic dicit traditionem esse Apostolicam, Illi  
contra humanum figmentum seu cogitationem  
Quod si istorum recte procedit ratiocinatio, o-  
portet & illud humanam dicere traditionem,  
dum Apostolus ait, Ego enim accepi à do-  
I COR. I mino, quod & tradidi vobis, sed forsitan qua-  
adiectum est à domino, dicent non esse apo-  
stolicam traditionem. Quemadmodum ergo  
à domino acceperat apostolus, quod Corin-  
thijs tradiderat. Ita & hoc à domino sit ne-  
cesse est, quod Chrysostomus apostolicam  
vocat

vocat traditionem, Id enim de alijs aposto-  
 lis pietas credere suadet, quod Paulus de se  
 aperte predicat dicens. Non audeo loqui ali-  
 quid eorum, que per me Christus non effe-  
 cit. Et iterum, an experimentum queritis es-  
 ius qui loquitur in me Christus. Firmiter  
 ergo tenendum est, Apostolos nihil tradidit  
 se eorum ecclesie, que non accepissent à dño  
 aut spiritu sancto reuelante edocti fuissent,  
 Non igitur valet collectio apostolica, tradi-  
 tio est igitur humana, quia colligi à simili  
 potest. Prophetica locutio est, ergo humana,  
 Afflante enim spiritu sancto, locuti sunt ho-  
 mines sancti, ait Petrus. ¶ Ad Chrisosto-  
 mum reuertamur orantem pro defunctis fi-  
 delibus, etiam ad altare, id quod testatur  
 Liturgia quam edidit. Quero igitur: an o-  
 rat pro Martyribus & Beatis, quod si ita  
 est, iniuriam facit martyri, sicut Augusti-  
 nus dicit, Si orat pro damnatis, pro demoni-  
 bus orat, & frustra orat. Orat igitur cum  
 ecclesia pro hijs tantum qui in via adhuc sūt  
 patriam nec dum assecuti Quibus multum  
 lucri, & utilitatis accedit, Ex oratione eccle-  
 sie, vt Chrisostomus narrat Manifestum au-  
 tem est beatis nihil lucri aut utilitatis posse  
 accedere à viuentibus in hoc mundo, nullo  
 enim

enim egent, quia eum habēt & eo fruuntur,  
qui est omnia, & in quo omnia sunt. Augustinus etiā soluens propositam sibi questi-  
onem à Paulino Nolano episcopo circa illa  
verba Apostoli .I. ad Corin. 5. Omnes nos  
manifestari oportet ante tribunal Christi, ut  
referat vnusquisq; propria corporis, pro vt  
gessit, siue bonum siue malum. Quid inquit  
Paulinus prodesse homini mortuo oratio-  
nes & elemosine, quę post mortē illius à pa-  
rentibus & amicis pro remedio anime im-  
plerentur, si homo tantūmodo propria meri-  
ta est recepturus. Et respōdens Augustinus  
nullomō pdesse ea q̄ fiūt post mortē à penitē-  
tibus illi, qui iā mortuus est, nisi in hac vita po-  
situs, bona intentiōe & voluntate atq; incho-  
atione hoc promeruerit, vt illa accepta sint  
Deo, quę post eius exitū celebrantur à parē-  
tibus, cui sententię cōcordans beatus Grego-  
rius dicit, sciendū quia saltem de minimis, ni-  
hil quisq; purgatiōis post mortē obtinebit,  
nisi in hac vita positus hoc promeruerit, vt il-  
lic veniam assequi possit. Tria autē sunt que  
profunt post mortem vt beatus Augustinus  
dicit, in libro Enchiridion. Ieiunia videlicet,  
Elemosine, & orationes. Quę autem pro  
valde bonis aguntur gratiarum actiones sūt

Penitentia

Pro non

Pro non  
lis, qu  
tatio  
malis  
adiun  
rum  
Aug  
nas,  
pro n  
tis de  
stoli  
quic  
stoli  
obse  
occi  
no l  
De  
nis  
feru  
tuis  
am  
tat  
in  
tu  
ch  
qu  
tu

Pro non valde bonis, & pro non valde ma-  
 lis, qui in purgatione aliqua sunt positi, ppi-  
 tiationes sunt & purgationes. Pro valde  
 malis & eternaliter damnatis, etsi nulla sunt  
 adiumenta mortuorum, qualescunq; viuo-  
 rum consolationes sunt, hoc loco manifeste  
 Augustinus in illo seculo purgationis, poe-  
 nas, cū ecclesia catholica concedit, orandū q̄  
 pro mortuis fidelibus cum leuioribus pecca-  
 tis defunctis censet, profecto traditioni apo-  
 stolice cum ecclesia innitens. Vnde iubens  
 quidem crediderim hanc traditionem ab apo-  
 stolis ad nos vsq; peruenisse, quā non solū  
 obseruat orientalis sed etiam Romana, que  
 occidentalis est ecclesia, vt clare ex Tertulia  
 no liquet. Christus enim constitutus est à  
 Deo, iudex viuorum & mortuorum cōmu-  
 nis saluator qui cum fide & charitate dece-  
 serunt, ipse etiam seipsū pro viuīs & mor-  
 tuīs salutarem hostiam in cruce obtulit, su-  
 amq; passionem cuius memoria & represen-  
 tatio, in missa peragitur, mortuus pendens  
 in cruce applicauit, dum multa corpora vir-  
 tute proculdubio sacrificij illius apertis sepul-  
 chris resurgerent, Sed hec parerga sunt, vt  
 qui non disputationis sed cohortationis tan-  
 tum, susceperim negotium. Ad propositos  
 non nos

nostros redeamus qui nobis locuti sunt  
verbum dei ad diuum Stanislaum Petri no-  
bilis resuscitatore, posteaq; em̄ diuini ver-  
bi potentia gloriosus Antistes Petrum reuo-  
cauit, Regioq; presentauit tribunali ad per-  
hibendum testimonium veritati, vbi functus  
suo officio esset, cuius gratia ab inferis ascē-  
dere iussus est, querit sacer p̄sul à Petro  
an viuere vellet, & rursus vitales carpere au-  
ras. id enim se magna fide à domino impe-  
traturum non diffidebat. Abnuìt ille, p̄ciis  
bus & sacra oblatione duntaxat, à purgato-  
rij cruciatibus expiari optauit, cuius votis  
cum clero sacer Antistes non segniter obedi-  
uit. Hec in nostris legimus annalibus, que  
si sanctus p̄sul finxit ( vt fingere non potu-  
it, spectante enim multitudie & audiente et  
huius interrogationem & illius postulatio-  
nem hec gerebantur) siue qui postea succes-  
serunt sacerdotes, extunc & Chrysostomus  
sibi finxit traditionem esse Apostolicam p̄  
mortuis exorare, nos probandum non calū-  
niandum, curiose relinquimus, sed parum  
pie posteritati, quin hortor potius MEME-  
TOTE PREPOSITORVM VE-  
STRORVM QVI LOCVTI Sunt  
VOBIS VERBVM DEI, QVORū  
intuentes

INTVEN. CONVERSATIONIS  
EXITVM IMITAMINI FIDEM.

Inquirite iuxta oraculū Ieremie de semitis an-  
tiquis, inuenietis requiem animabus vestris,  
quā prestat imitatio fidei patrū, & preposito-  
rum nostrorū, qui locuti sunt nobis verbū  
Dei, quę pacis, vnitatis, cōcordię, & nō schif-  
matum, est autor. Hanc nos magna & inui-  
cēta constātia retinere decet. Habet em̄ rectę  
fidei constantia non vulgarem & laudem et  
mercedē apud Deum. Ioannis em̄ Zacharie  
filius, baptista & p̄cursor domini ob fidei  
constantem confessionem mirifice cōmenda-  
tur, quia scilicet eū, quem semel agnum tollē-  
tem mundi peccatum demonstrarat, cōstan-  
ter vsq; ad vincula etiam fateri & agnosces-  
se non dubita uit. Quo fit vt tanq; vir con-  
stans & fortis, & qui nihil cōmune cū arun-  
dine que vento agitur habuit, cōmendatur,  
Apud Ieremiam etiā grauius obiurgat po-  
pulus dei, q; ob semel agnitā & susceptā ve-  
ram religionem, gloriam suam .i. Deum  
verum, qui est gloria nostra deseruerūt per  
instabilitatem. Quo fit vt ei populo p̄fes-  
ratur in constantia fidei, & religionis semel  
receptę pertinacia idolatre. Transite ait do-  
minus ad insulas Chittim, & in Cedar mite-

Ioh. 2

Luc. 11

Iere. 2

D tite

rite & considerate vehementer, num mutauit gens deos suos: Et ipsi nō sūt dii, populus autem meus mutauit gloriam suam, in id quod nō prodest ei. Mutationē nanq; verę religionis sequi necesse est multa & magna incommoda, quando hoc ipsum in mutatione falsarum religionum & superstitionum in prophanis literis secutum fuisse legimus. Hinc est illa Ennij poete vox, Moribus antiquis stat res Romanaq; viris. Hinc factū est, q̄ tanto labore, tanto sudore, vix tandē nisi vis numinis adfuisset, orbis terrarum ad lucem Euangelij persuaderi potuisset, quia sciebant mutationem religionis, plerunq; se qui mutationem status in Rep. Vnde pharisei videntes populum patrias leges ad prædicationem Christi, & ad miracula que faciebat quotidie, euanescere, dicebant, Hic hō multa signa facit, si dimitemus eum, sic omnes credent in eum, & venient Romani & Ioh. 11 tollent locum nostrum & gentem. Quapropter inter multa magna miracula potentie diuine, maximū est conuersio orbis terrarū ad lucem euangelij, per prædicationē rudium hominum piscatorum. Idem ex actis apostolicis colligere est, quos non excitabāt motus, veteris retinende religionis. Licet false & supersti

& superstitiose gratia, homines gentiles, &  
 cum eis nonnulli Iudei, postea vero ubi ido-  
 lorum spurcitia & tenebre ignorantie pre-  
 dicatione apostolica propulsate sunt, hostis  
 humani generis, cui tranquillitas, & pax ec-  
 clesiastica grauis semper & inuisa est, amiso-  
 sum volens reparare gradū Schismata vt in-  
 quit Beatus Cyprianus, & hereses deo per-  
 mittente ad fidelium probationem & exerci-  
 tium suscitauit in ecclesia, Ebionitas, Cherin-  
 tum, Valentinum, Martionem, Et post hos  
 omnes ceu validam machinam ac inundan-  
 tem torrentem, prosternentem, ac queq; ob-  
 uia rapientem. Manicheum, qui Gygan-  
 thomachiam aggressus, in cœlum os posuit  
 ex hoc pessima soboles, & mali corui, malū  
 ouum, omni impietate superans omnes, & q-  
 quot añ eum retro fuerunt heretici, Arrius,  
 hic quas non excitauit turbas, quos non de-  
 dit, (nō tam ob uoculam omulsion, vt Arri-  
 ani calumniabantur Catholicos, sed potius  
 ob rem ipsam) motus, vix aliqua historia  
 sufficienter enarrare valet. Ardebat tunc or-  
 bis precipue Christianus bellis, Claudebantē  
 ecclesie, agebātur in exilium sacerdotes, gau-  
 debat Iudeus, sperans breui religionis Chri-  
 stianę venturū finem. Offendebantur Eth-

Cypri.

hici, tanta mala, nouationes impię pariebāt,  
inter Christianos, cogeātur sepius frustra  
concilia, quorum decreta rescindebantur, &  
sicubi maiorem tyrannidem Christiani in  
Christianos exercebant, dum Arriani impie  
tatem suam, contra Catholici, veterem religi  
onem stabilire, ac retinere nitebantur, certe  
hoc malum in Asia sub Constantio impe  
ratore non mediocriter grassabatur. Vel ma  
xime tamen in Affrica inualuerat, dum sub  
impijs regibus, Geiserico & Humerico,  
impietas heretica, Asylum inueniret refugij  
De hoc qui vult legat hystoriam Victoris  
de persecutione Vandalorum, hec & alia in  
finita mala deterrere debebunt, quemlibet pi  
um, & paucis studiosum a sectis, q̄ si ista  
quenpiam parum mouent, mouere saltem  
debebunt, moderni schismatis varie calami  
tates, tumultus & sediciones perniciosissime  
excitate, direpta templa, monasteria diruta  
& prophanata, Diuinum Eucaristię sacra  
mentum irrisum & conculcatum, & cum  
alijs ecclesie sacramentis violatum, & polu  
tum. Boni mores, vt sūt pietas, probitas, o  
bediētia erga magistratum excussa, Reli  
gio in impietatem cōmutata, Ita q̄ iam mos  
suus cuiq̄ est, nec voto viuatur vno, Est  
nāq̄

nāq; in vrbe vnā immo villa, aut potius do-  
 mo vnā, diuersarum sectarum assertores in-  
 venire, Hinc odia, persecutiones, blasphemie  
 non ferendę. Iam tandem eo ventum est in-  
 sapientię, vt multi dicere audeāt in corde suo,  
 non est Deus. Sed quis omnes & singulos  
 fructus, quos nobis impię nouationes pepe-  
 rerunt ac semper pariunt enarrare potest, vi-  
 dent ista omnes pñ, & metuūt ne maiora ve-  
 niant. Sicut ergo filij lucis vt beati Ignatiij Ignati.  
 verbis vtat, fugite diuisionem vnitatis & ma-  
 lam doctrinam hereticorum, ex quibus exit  
 coinquinatio in omnem terram, Quā ergo  
 pastores & prepositi nostri sunt doctrinam  
 professi, eandem nos tenere & obserua-  
 re conuenit, nec ab ea vel latum pilum (qd  
 aiunt) discedere tutum est, Inquit enim scri-  
 ptura, non transeas terminos, quos posuerūt  
 tibi patres tui, quia patrum transire terminos  
 nos est religionem filijs traditam, aut negli-  
 gere, aut contemnere. Hoc autem nunquā  
 impune cessisse temeratoribus legimus. Se-  
 pe nanq; neglecta religio, seipsam grauiter  
 vltā est. Extant huius rei in sacris & pro-  
 phānis literis multa exēpla. Annales quoq;  
 nostri tradunt maiores nostros, cœlestis p-  
 culdubio numinis vindictam aliquotiens

Pro. 22

D iij

pertu

perulisse, quotiens parum religiose diuina  
& Ecclesiastica obseruassent instituta  
MEMENTOTE IGITUR PREPO  
SITORVM VESTRORVM QVI  
ebre. 13 LOCVTI Sunt VOBIS VERBVM  
DEI, QVORVM INTVENTES  
CONVERSATIONIS EXITVM  
IMITAMINI FIDEM, Porro ob ma  
lam & peruersam vitam ecclesiasticorum,  
ob morum corruptionem, non est consultu  
nobis ecclesiasticam rumpere vnitatem, se  
melq; sanctum dogma receptum, repudiare.  
Alios sacerdotes, altare aliud, nouamq; con  
gregationem ceu puram ac sanctam consti  
tuere. Sed oportet nos patienter zizania  
Mat. 13 in medio tritici tollerare, dum neq; tempus,  
neq; emendandi suppetit facultas. Ait em  
dominus, sinite eam crescere vsq; ad messē,  
ipse enim solus scit, & in solius est potestate,  
tempus messis, & ipse quando vult excitat  
messores, excitat ventilatores & purgato  
res, ad purgandam ecclesie aream. Scri  
ptum nanq; est, & ventilabrū in manu ei.  
Matt. 3 In hoc ergo dominicam patientiā imitari  
nos decet, qui & pisces malos & bonos, zi  
zaniā cū tritico tollerat patienter in regno  
suo, quod est ecclesia, immo huiusmodi ma  
lorum

lorum & honorum cōmixtionem prędixit  
 futuram in ecclesia sua, vsq; ad consummati  
 onem sęculi, tunc enim exhibũt angeli, &  
 seperabũt malos de medio iustorũ. Id clare  
 ostensũ est in collegio Apostolorũ, in q̄ duo  
 decim electi erant, & vnus ex illis domino  
 affirmante, dyabolus fuit, quẽ tamen aposto  
 li patienter tollerarunt in medio sui, nec ob  
 maliciam eius, & aliorũ qui retrocesserunt,  
 Christum deserere cogitabant. Estq; hæc sa  
 lutaris doctrina beati Augustini in libro de  
 fide & operib; & libro 2. contra Cresconiũ  
 Gramaticum. Quũ ergo ait Augustinus,  
 siue per negligentia prepositorum, siue per  
 aliquã excusabilem necessitatem, siue per o  
 culas obreptiones, inuenimus in ecclesia ma  
 los, quos ecclesiastica disciplina corrigere  
 aut cohercere nõ possumus, tunc nõ ascēdat  
 in cor nostrum, impia & perniciosa præsum  
 ptio, qua existemus nos ab hijs seperandos,  
 vt peccatis eorum nõ inquinemur, atq; ita  
 post nos trahere conemur veluti mũdos san  
 ctosq; discipulos, ab vnitatis compage, q̄si  
 à malorũ consortio segregatos. Veniant in  
 mentem illę de scripturis similitudines & di  
 uina oracula, vel certissima exempla. qbus  
 demonstratũ & pręnũciatũ est, malos in ecc

Ioh. 6

D iij. desia

clesia permixtos bonis vsq; in finem seculi  
& tempus iudicij futuros, & nihil bonis in  
vnitate & participatione sacramētorū, qui  
eorum factis non cōsenserint obfuturos. Et  
sicut Iude malicia scō collegio apostolorū vt  
dictum est, nihil nocuit, ita rursus nec Nyco  
demo aut Gamalieli, alijsq; sanctis viris ob  
fuit, q; de numero & collegio fuisset pharise  
orum, qui Christū cruci adigendū acclama  
runt. Excusat enim Lucas Euāgelista, quē  
dam eorū dicens, Hic non consenserat acti

Luc. 23 bus & consilio eorū. Iozeph hic erat ab A  
rimathia vir nobilis expectans regnum dei,  
Gen. 18 & Loth Sodomis habitauit, nec tamen cū  
Sodomiticis viris perijt, quia malis eorum  
actibus nō cōsensit, imo quoad potuit relu  
ctatus est, & illustrior ac celebrior ob constā  
tiam virtutis sue, euasit, non secus nos oportet  
viuere in medio malorū, oportet fera mus  
quos emendare non possumus. Hoc Dona  
tus hereticus non aduertens & complures  
alij tanq; mundi ab immundis sequestrare  
se & suos discipulos ausi sunt, Ecclesiasticā  
pacem & vnitatem perturbando & deserē  
do, A qua quisq; se seperauerit, inquit bea  
tus martyr Cyprianus adultere iungitur, a  
promissis ecclesie seperatur, nec pertinet ad  
Christi

Christi premia, qui relinquit ecclesiam Christi  
 alienus est, prophanus est, hostis est, habere  
 non potest Deū patrem, qui ecclesiam non  
 habet matrem. Si potuit euadere qui extra  
 Aram Noe fuit, & qui extra ecclesiam foris  
 fuerit, euadet. Hęc & cōplura alia debebūt  
 nos retinere in vnitāte fidei Catholice, ac  
 omnia illa quę magnam & insignem eccle-  
 się columnam, Augustinum, ne impietati  
 Manicheorum & aliorum hereticorum sub-  
 scriberet detinebant, nos quoq; retinere de-  
 bebunt, Cuius verba sunt hęc, libro qui inti-  
 tulatur contra epistolam Manichei, quam  
 vocant fundamenti, capite quarto.

¶ In Catholica ecclesia vt obmittam since-  
 rissimam sapientiam, ad cuius cognitionem  
 pauci spirituales in hac vita perueniunt, vt  
 eam ex minima quidē parte, quia homines  
 sunt, sed tamen sine dubitatione agnoscant,  
 Ceteram quippe turbam non intelligendi  
 viuacitas, sed credendi simplicitas tutissimā  
 facit. Vt ergo hanc obmittam sapientiam,  
 quam in ecclesia catholica non creditis, mul-  
 ta sunt alia quę in eius gremio me iustissime  
 teneant, Tenet consensus populorū atq; gen-  
 tium, tenet autoritas, miraculis inchoata, spe  
 nutrita, charitate aucta, vetustate firmata te-

net, ab ipsa sede Petri apostoli, cui pascēdas  
oues suas post resurrectionē dominus cōmē  
dauit, vsq; ad presētē episcopatū successio  
sacerdotum. Tenet postremo ipsū Catholi  
cē nomen, q̄ non sine causa inter tam mul  
tas hereses, sic ista sola ecclesia obtinuit, vt cū  
omnes heretici se Catholicos dici velint, que  
renti tamen peregrino alicui vbi ad Catholi  
cam conueniatur, nullus hereticorum vel  
Basilicam suam, vel domū audeat ostende  
re. Ista ergo tot et tanta Christiani nominis  
charissima vincla recte hominē tenent credē  
tē in Catholica ecclesia, etiā si propter nostrē  
intelligentiē tarditatem vel vitę meritum ve  
ritas nondum se apertissime ostendit. Apud  
vos aut vbi nihil horum est quod me inui  
tet ac teneat, sola personat veritatis pollicita  
tio, quę quidem, si ita manifeste monstratur  
vt i dubium venire nō possit, preponenda  
est omnibus illis rebus, quibus in Catholica  
teneor. Si autem tantum modo promittitur  
& non exhibetur, nemo me mouebit ab ea fi  
de, quę animum meum, tot & tantis nexi  
bus Christianę religionis astringit. Hęc di  
**Hiero.** ligenter cordatus lector expendat, simulq;  
generosam & constantem illam Hierony  
mi vocem, Fidem quam puer didici, senex  
non dese

non deseram. Quod utiq; de fide Catholica  
 non de heretica perfidia intelligendum est.  
 Ante omnia autem **MEMENTOTE**  
**PRAEPOSITORVM VESTRO**  
**RVM QVI LOCVTI SVNT VO**  
**BIS, VERBVM DEI, QVORVM**  
**INTVENTES CONVERSATIO**  
**NIS EXITVM IMITAMINI Fide.**  
 Imitamini fidem inquit Apostolus, nō rixe  
 mini, non ratiocinamini de fide, sed imita  
 mini fidem, Comittite id negotij, quibus cū  
 sacris literis est negotium, nihil propria te  
 meritate innouando, aut statuendo. Hoc  
 enim vestri prepositi, qui vobis locuti sunt  
 verbū Dei diligēter cauerunt. Attendite ad  
 foelicia illa tpa, quibus patres nostri, dum  
 ab hjs instituerentur in fide, foelices vbiq;  
 victores, & triumphatores extiterunt, Ec  
 quemadmodum a demonum & peccatorū  
 seruitute sancto dogmate tradito, asserti in  
 libertatem veram fuerunt. Ita rursus idola  
 tris & impijs hominibus iugum seruitutis  
 imposuerunt. Metuendum enim est vobis,  
 ne dū anxie que fidei sunt & cū tumultu ac  
 pphāa nouatiōe imutare volueritis ipi vob  
 & patrię exitium, & perpetuum dedecus.

30

ascisca

non desit

asciscatis, Id quod iam videmus non parum  
multis euenisse. Qui cum religione & in-  
stitutis antiquis, fidem, bonos mores, pieta-  
tem, & propemodum imperium ammiserunt.  
Chaos, & rudem indigestamq; molē  
pro ordinatissima religione inuenerunt.

1 COR. 16

Stare ergo in fide inquit Apostolus. In fide  
videlicet prepositorum vestrorum .i. Apo-  
stolorum & vniuersalis Ecclesie, viriliter  
agite, opponendo vetustatem fidei vestre,  
prophanis nouationibus confortamini con-  
tra antiqui serpentis sibila, ne dederitis locū  
dyabolo, sed ei resistite fortes in fide, & fu-  
giet à vobis. Non decet vos degeneros esse  
filios tantorum patrum, qui vos genuerunt  
per Euangelium. Non decet esse trans-  
fugas, & transferi sicut insensati Gallate fe-  
cerunt, in aliud Euangelium. Quorsum  
vultis labores & sudores, sanguinisq; effu-  
sionem vestrorum prepositorum abijcere?  
Quorsum maiores, auos, parentes & filios,  
qui in fide nobis tradita obdormierunt  
collocabitis? Cum infidelibus non potestis  
fideles enim fuerunt. Iuxta vero heretico-  
rum nouationem, nec in cœlo, quia non cū  
illis senserunt, sed nec in medijs pœnis, quia

eas ne

eas negant, Hanc impietatem ne admiseris  
 tis prepositorum vestrorum, & parentum  
 vestrorum. Mementote, quorum si sanctā  
 conuersationem, si vitę finem, cum stabili fi-  
 de imitati fueritis, beatas sedes in futuro,

In hoc vero mundo pro tanta pietate,  
 & constantia, foelicia & tranquilla  
 tempora hereditabitis, conceden-  
 te domino nostro Iesu Christo  
 Cuius est regnum & impe-  
 rium, cum patre & sancto  
 spiritu per eterna se-  
 culorum secula.

Amen.



Impressum Cracouię per Hierony-  
 mum Vietorem. Anno Domini  
 Millesimo quingentesimo qua-  
 dragesimo tertio,  
 mēse Mart.

... hanc imperatorem de adhibere  
... de parentum  
... quorum si facta  
... hanc in unum habitum  
... in unum  
... in unum







1660 91. 8

